

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 93r

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 26

[26] De suppellectili <hereditate ^a>.

Ista sunt, que ad hereditatem spectant: omne aurum et argentum informatum, omnia vasa argentea, et tele, que non incise aut formate fuerit ad muliebria vestimenta, et sartagines, que a loco non moventur, et dolea, [/] et vasa distillatoria, et omnia caldaria, excepto caldari magno, in quo liquesit cera, quod spectat ad suppellectile. Omne proprium, quod locando possessum est, et omnia arma et gladii omnes, et eciam omnes olle erree aut morsoria, et cinguli, braccilles, et viri anuli, hec predicta spectant ad hereditatem. Mense et lavatoria, omnes ciste planis cooperimentis, et sedilia, pelves cupree, ciste ferine, et ciste annonarum, porci, qui in curiis sive in domibus nutritur, spectant ad hereditatem. Et omnes porci inpinguati spectant ad pulmentaria. Ubi pulmentaria dantur et omnis expensa domestica, que in potestate viri est tempore mortis, et omnia vacua pulmentaria recipit mariti uxor, et non sua cognata proxima.

^a *na marginesie ręką komentatora*

[hasła: dziedzictwo, spadek, gerada, część obowiązkowa, okrasa, srebro, złoto]